



Staats- und  
Universitätsbibliothek  
Bremen

Gefördert durch

**DFG** Deutsche  
Forschungsgemeinschaft

## **Staats- und Universitätsbibliothek Bremen**

**'DFG-Projekt "Personales Gelegenheitsschrifttum in der SuUB  
Bremen (16. bis 19. Jhd.). Digitalisierung und Erschließung."**

**Ευφημισμός Honoribus Consularibus Viri Magnifici,  
Prænobilissimi atque Consultissimi Domini Johannis a  
Rheden, Jcti Excellentissimi**

**Havighorst, Johann**

**Bremæ, 1721-04-26**

**VD18 91022061**

**Staats- und Universitätsbibliothek Bremen**

Signatur: brem.a.0631-4

[urn:nbn:de:gbv:46:1-179575](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:46:1-179575)

ΕΥΦΗΜΙΣΜΟΣ  
Honoribus Consularibus

*VIRI Magnifici, Prænobilissimi atque Consultissimi*

DOMINI.

JOHANNIS A RHEDEN,  
JCTI EXCELLENTISSIMI,

Cum Is

Post administratam per annos XII. In illustri Bremensium Gymnasio,  
Maxima cum nominis fama, Professionem  
Juris Publicam,

Et DIGNITATEM SENATORIAM per annos XXX. PRÆTURAM verò  
per annos XII. Maxima cum laude gestam,

Illustris Reipublicæ Patriæ CONSUL designaretur,

Quòdque felix faustumque sit! publicè solennitèrque Consulatum iniret  
ANNO MDCCXXI. die XXVI. Aprilis,

Dicitur

Scholæ Bremensis nomine

à

JOHANNE HAVIGHORSTIO, Prof. Publ. Bibl. & Pædagog.



Magnifici rediens *Tilemanni* à funere Musa,  
Forte sub obscura Pindi confederat umbra  
Incomtas lacerata comas, tristi que dolore  
Percita, lugubri mox fundere carmina voce

*Generat. & solvas rursusque implere so-*  
Cum Phœbus, qui nūq̄ surgis, ait, incensasque querens  
Protinus in plausus, festiva que gaudia vertis?  
Namque ego, fatidica semper qui mente futura

Tum capere est visum, Themidos sacraria, docta  
Devotæ studiis cum panderet arte Juventæ.  
Virtutem mirata Viri, mox omine læto  
Afferuit Patria, atque suis admovit habenis,  
Iamque experta fidem magno cumulavit honore.

*quæque in orbi patriæ nervos ætatis præcipue.*  
Huic quoque conscriptus debet stipendia miles,  
Et tenues tanto dudum gaudere Patrono  
Vix, ut verget duris in echis

Cum Pictoris, quinqueque, quinqueque  
Incomtas lace, ca comas, tritique dolore  
Perecta, lugubrimox fundere carmina voce  
Protinus in plausus, festivaque gaudia vertis?  
Namque ego, fatidica semper qui mente futura  
Prospicio, plaususque novos, & júbila pando.  
Ecce *Tilemanno*, cui clarum nomen in oris  
Chaucorum fuit, & quondam inclýta fama Lyceo,  
Succedet toto dudum clarissimus orbe  
*Rhedenius*, nostri qui maxima gloria Pindi.  
Certa magis nunquam proferre oracula Phœbus  
Visus erat. Simul ac queis est Respublica curæ  
Convenere Patres, studiis ardentibus unum  
Poscunt *Rhedenium*, sellæ imponuntque curuli,  
Gratantésque sibi, certatim fascibus ornant.  
Vix alio mage sunt lætatae Consule Musæ,  
Melpomene ante alias, doctas hortata Sorores,  
Vota precésque statim devoto pectore promit.  
*Rhedenio*. exclamat, *sis felix Consule Brema*,  
Quo meritis nemo, nec docta clarior arte.  
Hunc pietatis amor, cœlo gratissima virtus  
Devinxit Superis. Jam quanta modestia morum,  
Quæ faciles aditus cunctis ad limina sternit,  
Nec fugat attonitos crudeli voce Clientes?  
Ingénii quis non miratur opes, sibi dudum  
Quas peperit multis labor indefessus ab annis?  
Quin etiam nostrum magna incrementa Lyceum

Autem mirata Viri, mox omine læto  
Afferuit Patria, atque suis admovit habenis.  
Huic quoque conscriptus debet stipendia miles,  
Et tenues tanto dudum gaudere Patrono  
Visi, & quos urget duris in rebus egestas,  
Præturæ tandem clarum superaddit honorem,  
Et patriæ jussit conscendere rite tribunal.  
Adjectura etiam multis præconia verbis  
Melpomene fuerat, Cives cùm plausibus instant,  
Et Patrem Patriæ lætanti voce salutant,  
Musa igitur jungens alacris sua vota precésque,  
Suscipiat fausto, exclamat, nunc sydere fasces  
*Rhedenius*, teneátque diu: longissima vitæ  
Stamina nent Parcæ. Concordia mutua Cives  
Conjungat, sint bella procul, Pax alma triumphet,  
Consule Rhedenio pietas virtusque colatur,  
Constet honos studiis, doctis sint otia Musis,  
Et quacunque patet, toto feliciter orbe  
Fœnere cum magno extendant commercia Cives,  
Quæque alibi sævit, nostras non inquinet, oras  
Dira lues, homini pecudive gravis, procul absit  
Omne malum, nec tristi funere turbet  
Rhedenios Libitina Lares, sed Consule tanto  
Incolumes, patria clarique ferantur in Urbe,  
Votorum compos dum Consul, & ipse superstes  
Felices videat Gnatos, serósque Nepotes.

B R E M Æ,

Typis HERMANNI CHRISTOPHORI JANI, Illustris Gymnasii Typographi.